praesentem incorporari et subjicere mente et corpore sani existentes, puce libere per expressumque recognoverunt. Quia sibi mutuo et invicem omnium et singulorum bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium ac summarum pecuniarum in quibuscunque bonis actis quibusvis inscriptis et non inscriptis in depositoque existentibus nunc habitis et in post habendis in quibuscunque terris et dictionibus regni Poloniae consistentibus, cuicunque iuri et iurisdictioni subiectorum gentium universorum, nullis penitus exceptis et exclusis inscribunt usumfructum advitalitium et advitalitatem ad tempora vitae suae extrema tali videlicet modo et ordine. Quod si ipsum Albertum prius de hac luce quam praenominatam Annam decedere contigerit, extunc ipsa Anna bona ipsius Alberti omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasque pecuniarias superstitas et alia omnia cum omni iure dominio proprietate tenebit habebit et possidebit, illisque utifructur ad tempora vitae suae extrema. Post mortem vero ipsius Annae bona praedicta omnia per ipsam Annam possessa pleno et integro iure ad successores praefati Alberti sine quavis conditione successorum praefatae Annae devolvuntur et devolvi debent. Similiter etiam si praedictam Annam prius quam ipsum Albertum de hac luce decedere contigerit, extunc praefatus Albertus bona ipsius Annae omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasque pecuniarias superstitas et alia omnia cum omni iure dominio proprietate tenebit, habebit et possidebit illisque utifructur ad tempora vitae suae extrema. Post mortem vero ipsius Alberti bona praedicta omnia per ipsum Albertum possessa pleno et integro iure ad successores praefatae Annae sine quavis conditione successorum praefati Alberti devolvuntur et devolvi debent. Jamque ex nunc coram officio praesenti in bona praefata dederunt et admiserunt sibi realem nitrum et actualem possessionem. Nihilominus praefati coniuges se et suos successores super omnibus bonis suis obligant, in manusque Nobilis Alberti Pamiechowski submittunt inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante decursum unius anni transportare sub damnis terrestribus sine iuramento corporali taxatis pro quibus quidem damnis terrestribus se se ipsi coniuges cum suis successoribus praefato Alberto Pamiechowski et suis successoribus citare permiserunt. Extunc a iurisdictione sua quavis competenti recedentes coram Castrensi Capitaneali

praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis damnis terrestribus omnibus exceptionibus, conversionibus, praescriptionibus, suspensionibus motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus legalibus quibusvis impedimentis, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus dillationibus semotis satisfacere cum suis successoribus tenebuntur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Dubkowska abrenuntiat

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi praemisliensi Nobilis Anna de Pamiechow consors Nobilis Alberti Dubkowski una cum consensu praesentaneo eiusdem mariti sui penes ipsam stantis et ad infrascripta sibi libere consentientis sana mente et corpore existens a iurisdictione sua quavis competenti recedens seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti Castrensi praemisliensi quo ad actum praesentem incorporari et subjicere puce per expressumque recognovit. Quia sibi Nobilis Albertus Pamiechowski frater suos germanos de omnibus et singulis bonis primis et maternis ipsam modo quocunque concernentibus solutione sufficienti et omnimoda satisfecit ratione cuius satisfactionis se de praefatis bonis paternis et maternis in manus praefati Alberti Pamiechowski fratris sui abdicat et abrenuntiat, sibi successoribusque suis ratione praemissorum omnium perpetuum silentium imponens. Inscribens se nihilominus praefata Anna cum successoribus suis praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante decursum unius anni transportare sub vadio mille florenorum pecuniae communis pro quoquidem vadio praefata recognoscens cum suis successoribus citata extunc a iurisdictione sua quavis competenti recedens coram Castrensi Capitaneali praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus, conversionibus praescriptionibus, suspensionibus motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus vera vel semplice infirmitatibus, actione pro maiori, legalibus quibusvis impedimentis poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus dillationibus iurisque remediis totis quotiens opus fuerit satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Kobileczka abrenuntiat

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Nobilis Helisabeth consors Nobilis Joannis Kobileczki una cum consensu praesentaneo eiusdem mariti sui penes ipsam stantis et ad infrascripta sibi libere consentientis sana mente et corpore existens a iurisdictione sua quavis competenti recedens huic vero praesenti Castrensi praemisliensi iurisdictioni se cum bonis et successoribus suis